



HISTORIARUM VENETARUM ANDREAE MAUROCENI LIBER QUARTUSDECIMUS.



U^{nter} Galliae turbines variasque Europæ Principum agitationes & consilia annus elaborabatur, quo ad Galliae firmamentum, totiusque reipublicæ christianæ incolumitatem, non absque ingenti fructu, Senatus prudentia atque industria (ut postea eventus docuit) plurimum profecit; ocyssimo cursu, vel potius impetu inhibito, quo Itali Principes inconsulto adversus amplissimum illud regnum rapiabantur, cujus amplitudine ac robore libertas eorum atque opes nitebantur. Eodem tempore in Carnorum finibus nonnihil turbatum; cum enim Carolo Archiduci subjecti Sontii amnis aquas, fossa producta, derivare in Gradensia Venetæ ditionis æstuarium, non sine magna incolarum jactura, annexi fuissent, minime id ferendum Senatus censuit; Aloysioque Georgio illius humo ingesta opplendæ, cunctaque in pristinum statum redi-

1589

*Austriacis
Sontii
aquas in
Gradenses
derivare
niruntur.*

*Aloysius
Georgius &
Jacobus
Malatesta
Austriaco-
rum opera
diruunt.*